

### Tertie partis libri Pastoralis cure

ut ignis indignatio mea et succendatur. et non sit qui extinguat propter malitiam studiorum vestrorum. Hinc iterum iratus dicit. Visitabo super vos fructum studiorum vestrorum. Quia igitur peccatis alijs differit peccata que per consilium perpetrant non tam prava facta dominus quam studia pravitatis insequitur. In factis enim sepe infirmitate sepe negligentia in studijs vero maliciose semper intentione peccatur. Quo contra recte beati viri expressione per prophetam dicitur. Et in cathedra pestilentie non sedit. Cathedra quippe iudicis esse vel presidentis solet. In cathedra enim pestilentie sedere est et iudicio prava committere. In cathedra pestilentie sedere est et ex ratione mala discernere. et tamen ex deliberatione perpetrare. Quasi in peruersi consilij cathedra sedet. qui tanta iniquitatis elatione attollitur ut implere malum etiam per consilia conetur. Et sicut assistentibus turbis prelati sunt qui cathedre honore fulcuntur. ita delicta eorum qui precipitatione corruunt exquisita per studium peccata transcendunt. Admonendi ergo sunt ut hinc colligant qui in culpa se per consilium ligant quia quandoque ultione feriendi sunt. qui nunc prauorum non socij sed principes sunt.

**De diuerso modo admonendi illos qui licet minima crebro tamen illicite faciunt: atque illos qui se a paruis custodiunt sed aliquando in grauibus dimergantur.**

#### Capitulum. XXXIII.

Aliter admonendi sunt qui licet minima. crebro tamen illicita faciunt. atque aliter qui se a paruis custodiunt. sed aliquando in grauibus dimergantur. Admonendi sunt qui quauis in minimis. sed tamen frequenter excedunt. ut nequaquam considerent qua-

lia sed quanta committunt. Facta enim sua si despiciant timere cum pensant. debent formidare cum numerent. Altos quippe guttates fluminum parue sed in numero replent gutte pluuarum. et hoc agit sententia latenter crescens. quod patenter pcella sentiens. Et minuta sunt que erumpunt in membris per scabiem vulnera: sed cum multitudo eorum in numerabiliter occupat. sic vitam corporis sicut vnum graue inflicti pectori vulnus necat. Hinc videlicet scriptum est. Qui modica spernit paulatim decidet. Qui enim peccata minima flere ac deuitare negligit. ab statu iusticie non quidem repetit sed partibus totus cadet. Admonendi sunt qui in minimis frequenter excedunt. ut sollicite considerent quod nonnunquam in parua deterius quam in maiori culpa peccatur. Maior enim quo citius quod sit culpa agnoscitur. eo etiam celerius emendat. Minor vero dum quasi nulla creditur. eo peius quo et securius in usu retinetur. Unde fit plerumque ut mens assueti mali lenibus nec grauius perborzescat. atque ad quandam auctoritatem nequicie per culpas nutrita perueniat. et tanto in maioribus contempnat peritescere. quanto in minimis didicit non timere peccare. Et contra admonendi sunt qui se a paruis custodiunt: sed aliquando in grauibus dimergantur. ut sollicite se ipsos deprehendant quod dum cor eorum de custoditis minimis extollitur ad perpetranda grauiora in ipso elationis sue baratro deuorant et dum foris sibi parua subiiciunt sed per inanem gloriam intumescunt. languore supbie intrinsecus victam mentem etiam foras per mala maiora prosterunt. Admonendi ergo sunt qui se a paruis custodiunt sed aliquando in grauibus dimergantur. ne ubi se stare extrinsecus estimant ibi intrinsecus cadant. et iuxta districti iudicis retributionem elatio minoris iusticie via fiat ad foueas grauioris culpe. Qui enim vane elati minimi boni custodia suis viribus tribuunt. iuste derelicti culpis maioribus obruunt et cadendo discunt non fuisse propius quod steterunt. ut mala imensa cor reprimant quod bona mini-